

prima hora tertijs. et sic procedendo ulterius.
Huc autem modum denotandi dies nec omnino
tenemus ne videamur elementis mundi servire.
nec omnino relinquam propter consuetudinem. in
dñica die noiam a nobis. sabbatum a iudeis.
In alijs diebus suam consuetudinem gentilitatis.
ecclesia in loco illorum noium ponit. secunda fe-
ria. iij. feria. et sic deinceps. et sic per rursus ad
obiecta.

Distinctio. xvi.

His excussis quod de hominis
creatione. Terminatis pri-
mis duabus partibus in quibus
magis determinavit de ditione
creature spiritualis et corporalis diuinitatis. hic se-
quitur tertia pars in qua determinat de pducti-
one creature ipsius ex utraque. s. de homine
Diuidit autem pars ista in partes duas. In pri-
ma namque determinat de homine quantum ad ipsius
productionem. Secundo quantum ad permanentiam et du-
rationem. infra dñ. xix. Solent plura queri de
statu primi hominis. Prima pars habet
duas. In prima agit de productione hominis
in operatione ad principium effectuum. In secunda
vero parte in operatione ad principium constitutionis. infra
dñ. xix. Hinc de origine alia plura solent queri
Prima pars spectat ad partem vi. et diuiditur
in partes duas. In prima parte magis veritate
narrat. s. qualis deus produxerit hominem ad suam
imaginem in qua similitudine habet ad suum princi-
pium efficiens. In secunda vero parte veritate expla-
nat. ibi. Filius vero imago proprie dñi. Prima
pars habet tres particulas. In prima continuat
magis dea dicendis. In secunda uero auctori-
tate sacre scripture inducit in qua ostenditur per
quem modum homo productus ad suum effectuum pri-
cipium operatur. ibi. In Gen. legitur. faciamus
In tertia parte subdit illi auctoritatis ex-
positionem. ibi. Imago autem et similitudo in hoc
loco. et. Sic secunda pars principalis habet
tres partes. In prima. n. ponit explanatorem
iducit auctoritatis habet aliorum opinionem. In
secunda parte habet opinionem propriam. ibi. Verumtamen hec
distictio. In tertia vero ex veritate expla-
nata concludit quidam conclusionem correlariam. ibi.
Quocirca homo imago dei est ad imaginem et
Et sic summa totius partis huius consistit in hoc
s. ostendit quod homo factus est ad dei imaginem
et similitudinem.

Intelligentia huius partis circa duo
indidit hic questio. Primo queritur
qualis homo sit imago secundum conside-
rationem absolutam. Secundo qualis sit ima-
go secundum considerationem relata. Circa primum
queruntur tria. Primo queritur utrum sit
imago dei vere. Secundo utrum sit imago di-
naturalis. Tercio utrum sit imago dei proprie.

Quia primum sic procedit. ostenditur quod
sit imago dei vere. Gen. i. faciamus
hominem ad imaginem et similitudinem. Hoc si est. n.
nisi ubi trinitatis. ergo et. Itē Eccl. xix.
Deus de terra creauit homines et secundum similitudinem suam. se. il.
Si ergo homo factus est secundum imaginem dei. homo
est imago dei. Itē quod est maxime natum uni-
ri alteri maxime natum est ei figurari et confor-
mari. Amor. n. quod unum deum transformare ama-
te in amatum. sicut dicit Aug. Si creatura ratio-
nalis ut homo maxime nata est uniri deo et in
ipsum tendere per amorem. ergo maxime natum
est ei figurari et assimilari. si ergo imago dei
similitudinem exprimit. per et. Itē quod vere re-
presentat aliquid secundum eius nobilitatem actum et secundum distin-
ctionem et ordinem. uere est et imago. sed homo
uere representat deum secundum eius nobilissimum actum qui
est intelligere. Non solum. n. representat deum in qua-
tum est ens et uiuens. sed in quantum est intelligens.
et itē representat distinctiōem et ordinem qui est in
personis quantum ad memoriam. intelligentiam et uo-
luntatem. ergo homo uere est dei imago. Contra.
Nihil est illud ad quod fit. quia nihil fit ad se
ipsum. sed homo factus est ad imaginem dei. si
cut dicitur Gen. i. ergo homo non est imago.
Itē ubique est imago ubi est similitudo.
ubique est similitudo ubi est identitas aliqua.
ubique est identitas ubi est uenientia in aliquo
tertio. Si ergo deus et creatura in aliquo ter-
tio non ueniunt. creatura non potest esse similitudo
dei. et ita nec imago. Itē non quoniam
similitudo est imago. sed similitudo exprimit.
sed nulla est similitudo exprimita alicuius que plus
est dissimilis quam uenientis. Cum ergo omnis
creatura plus sit deo dissimilis quam similitudo
sicut dicit Aug. xv. de trinitate. ergo nulla potest
esse exprimita dei similitudo. ergo nulla potest esse
imago. Itē ubique est imago ubi est confi-
guratio. Imago enim attenditur in figura. sed di-
uina essentia nullo modo est figurabilis. ergo nul-
lo modo est per aliquam imaginem representabilis. ergo

8
nulla creatura est imago dei. **I**tem differt
imago a uestigio. quia uestigium repñtat fm
parte. imago aut fm totū. sed nullū finitū
pōt repñtare infinitū fm totū. cū ergo de⁹
sit infinitus. ⁊ quelz creatura finita. nulla cre-
atura pōt esse imago dei. **I**tem quelz cre-
atura distat a deo in infinitū. deus enī quāz
in infinitū excellit. ergo si infinita distantia
non ē in illor. una creatura nō distat magis
q̄s alia. similiter nec una magis appropin-
quat q̄s alia. ergo uel omnis creatura ē ima-
go uel nulla. sed nō omnis est imago. ergo
nulla. **R.** Ad predictoy intelligētiā ē no-
tandū q̄ imago dicit expressā similitudinē.
necesse est aut omne creaturā quoquo mō
assimilari deo. et necesse est aliquā ad pple-
mentū uniuersi exp̄sse assimilari deo. et iō
omnis creatura habet rōnē uestigij. s; aliq̄
habet rōnem imaginis. illa uidelz que assi-
milatur exp̄sse. hec autē ē rōalis creatura
ut homo. et ideo cōcedēdū ē q̄ homo ē ima-
go dei. quia est eius expressa similitudo. **A**d
quod intelligēdū notandū est q̄ quedā
est similitudo per uenientia omnimodā in
natura. ⁊ sic una persona in trinitate ē alteri
similis. Quedā per p̄cipatōez alie nature
uniuersalis. sicut homo ⁊ asinus assimilatur
in animali. Quedā uero fm p̄portionē. sic
nauta ⁊ auriga ueniūt per p̄positōz ad illa
que regūt. Quedā est similitudo per ueni-
entiā ordinis. sicut exēplātū assimilatur exē-
plari. **P**rimis. n. duob⁹ modis nulla creatu-
ra pōt deo assimilari. **S**ecūdis duob⁹ modis
omnis creatura assimilatur. sed illa que assi-
milatur magis de longinquo habet rōez ue-
stigiū. illa uero que de p̄ximo habet rōnem
imaginis. talis autē ē creatura rōalis utpote
homo. **E**t hoc p̄s sic. **p**rimo de uenientia
ordinis. **D**e. n. uniuersa p̄pter seimet ipm
operat⁹ ē. ita q̄ cū sit sūma ptās ⁊ maiestas
fecit oīa ad sui laudē. cū sit sūma lux fecit oīa
ad sui manifestatōez. cū sit sūma bonitas.
fecit oīa ad sui coicātōez. **N**ō ē aut p̄fcā laus
nisi assit qui approbet. nec p̄fcā manifestatō
nisi assit qui intelligat. nec p̄fcā coicatio bo-
noy nisi assit q̄ eis uti ualeat. **E**t qm laudez
approbare. ueritatē scire. dona in usū assu-
mere nō ē nisi solūmō rōalis creature. nō hēt
ipse in rōales creature immediate ad deū ordi-

nari. s; mediante creatura rōali. ipā aut cre-
atura rōalis quia de se nata est ⁊ laudare ⁊
nosce. ⁊ res alias in facultatē uoluntatis assu-
mere. nata est ordinari in deū immediate. **E**t
qm quāto aliquid immediatius ordinatur ad
aliquid. tanto magis uenit cū eo uenientia
ordinis. ⁊ aīa rōalis ⁊ quelz rōalis creatura.
eo q̄ capax dei est ⁊ particeps eē pōt. ime-
diate ordinatur in ipm. maxime uenit cū
eo uenientia ordinis. et quia quanto maior
ē uenientia tanto exp̄ssior ē similitudo. hinc
ē q̄ quāto ad hoc genus similitudinis rōalis
creatura est similitudo exp̄ssa ⁊ imago. iō
imago est. et hoc ē qd dicit **Aug.** de trini.
xliij. q̄ eo est aīa imago dei quo capax ei⁹
est. ⁊ p̄iceps eē pōt. **Q**uia. n. ei immediate or-
dinatur. iō capax eius est. uel econuerso. et
quia capax est. nata est ei cōfigurari. et p̄pter
hoc fert in se a sua origine lūmē uultus diui-
ni. ⁊ iō q̄stū ad similitudinē q̄ attēditur q̄stū
ad uenientia ordinis p̄fcē dī imago dei. q̄ i
hoc ei assimilatur exp̄sse. **S**ic in similitudine
q̄ attēditur i uenientia p̄portōitatis uel p̄por-
tōis exp̄sse assimilatur deo creatura rōal.
fm eā recte dī imago. **Q**uō sic p̄s. **C**oeniē-
tia. n. p̄portōis attēditur fm sūm se hēre. **S**i-
militer aut se hēre hoc pōt eē duplī. uel i opa-
tōe ad extrinsecā. uel in opatōe ad intrinsecā.
Hic autē ē similitudo exp̄ssa qm nō tm ē si-
milis modus se hēdi i opatōe ad extrinsecā
s; in opatōe ad intrinsecā. **C**ōtingit aut opa-
re diuinā eēntiā ad creaturā. cōtingit et opare
p̄sonā ad p̄sonā. **D**is aut creatura aliq̄s opa-
tione hz fm quā aliquo mō cōformatur deo
fm q̄ ē cā creature. sicut ē opatio illa q̄ est
ad effcū p̄ductū. **S**icut. n. d̄s p̄ducit sui esse
ctū. sic ⁊ agens creatū. s; nō oīo. creatura rō-
nalis non solū sic uenit. s; etiā q̄stū ad in-
trinsecā suay potētiaz originē ordinē ⁊ di-
stinctōez in q̄b⁹ assimilatur illi distinctiōi et
ordini q̄ ē in diuinis p̄sonis intrinsecā diui-
ne nature. **E**t i hoc oñdit **Aug.** in li. de tri.
hoīem esse imaginē dei. et hoc explanatur
fuit in primo li. ubi oñsum ēlq̄ in aīa rōnali
ē unitas eēntie cū trinitate potētiaz aduicē
ordinatay. ⁊ q̄i cōsimili mō se hētū. sicut se
hēt p̄sone in diuinis. et ibi ē exp̄ssa similitudo
p̄portōis. ⁊ p̄pter hoc rōalis creatura q̄ est hō
est imago dei. **A**īa uisū patet nūlo ad

q̄stione p̄posita et etiā ad obiecta. **¶** cōcedū ē
 .n. q̄ hō ē v̄e imago dei. sicut oñdūt rōnes
 ad hoc inducte. **¶** Ad illud q̄ ob̄r q̄ hō ē
 ad imaginē. ergo **¶** v̄o q̄ nō seq̄tur. q̄ cūz
 dī f̄cūs ad imaginē imago accipitur abstra-
 ctive. cū dī imago dei imago accipitur cre-
 ctive. q̄ ē imaginē dei insignit̄. sicut tabula
 in qua picta ē imago. imago potest dici et ad
 imaginē. sic et i p̄posito. **¶** Ad illud q̄ ob̄r
 q̄ nō ē aliqua idētitas dei ad creaturā. ergo
 nec similitudo. v̄o q̄ similitudo q̄ ē in ima-
 gine nō attēditur p̄ idētitatē aut eiusdē natu-
 re p̄cipatōz s̄ p̄ ueniet̄iā in ordine et p̄-
 portioē q̄ similitudo nō exigit coicantiā in
 tertio. q̄ in ueniet̄ia ordinis unū ē similitudo
 alteri. in ueniet̄ia p̄portōis nō ē similitudo
 in uno s̄ in duob̄ p̄portōib̄. **¶** Ad illud q̄ ob̄r
 q̄ imago est similitudo exp̄ssa iā p̄ re-
 sponso. q̄ si magna sit similitudo in p̄prie-
 tatib̄ absolutis. multū tñ magna est i medi-
 atōe ordinis et p̄portōe p̄portōis. ex quib̄ et
 in quib̄ duob̄ exp̄ssio similitudinis cōsistit
 q̄ imaginē facit. **¶** Ad illud q̄ ob̄r de cō-
 figuratōe v̄o q̄ imago corp̄alis exigit cōfigu-
 ratōes corp̄ales. imago v̄o sp̄ualis cōfigurati-
 one et effigie sp̄uali cōtenta est. **¶** hec aut cōsistit
 nō in q̄ntitate molis s̄ in q̄ntitate v̄tutis. s̄
 in potētia. ita q̄ sicut figura triāgularis h̄z
 tres terminos et tres lineas. sic etiā in ima-
 gine sp̄uali potētie sūt ad modū terminoz.
 et egressio ab altera q̄ntū ad actū se h̄eat ad
 modū lineę cōiūgētis. **¶** Ad illud q̄ ob̄r q̄
 imago rep̄ntat f̄m totū. v̄o q̄ illud est uerū
 de illa imagine que h̄z oimodā p̄fēcōz. et sic
 solus fili⁹ dei ē imago p̄ris. de alia nō ē uerū
 q̄ rep̄ntat f̄ totū simplr. rep̄ntat aut q̄ntum
 ad aliquā totalitatē. q̄. n. rōalis creatura et
 intellcūs quodāmodō ē oia et oia sūt nata ibi
 scribi et imprimi oium similitudines et depi-
 gi. iō sicut totū uniuersū rep̄ntat deū in q̄dā
 totalitate sensibili. sic creatura rōalis eū re-
 p̄ntat in quadā totalitate sp̄uali. **¶** Quēz. n.
 alia creatura irrōalis rep̄ntat eū i pte solū.
 q̄ f̄m se tñ cū non sit nata alia in se sp̄ualr
 cōtinere. ita q̄ nihil sit q̄ nō sit nata cogno-
 scere. hoc dico p̄pter aīaz sensibīlē que si co-
 gnoscat aliq̄. nō tñ nata est cognoscere oia.
¶ Ad illud q̄ ob̄r q̄ quēz creatura distat
 in infinitū. v̄o q̄ uerū est de illa distātia que

opponitur p̄cipatōi et adēq̄tōi. **¶** Cū. n. deus
 sit īfinitus nihil pōt ei adequari. cū sit sim-
 plex nō pōt aliquāz naturā tertiā cū aliq̄ cre-
 atura p̄cipare. **¶** Et penes has similitudines
 nullo mō attēditur rō imaginis in hoīe s̄ pe-
 nes aliā duplicē. s̄ ordinis et cōsistis habitudinis
 f̄m quā rōalis nō distat i īfinitū a creatore
 s̄ ualde appropiquat ei sicut ostēsus est s̄.

¶ Cūdo q̄ritur utrum hō sit imago
 dei naturalr. et q̄ sic uidetur. q̄
 īnest alicui a sua prima origine inē
 ei naturalr. s̄ esse imagines dei uenit hoī
 a sua prima cōditōe. ergo ē ei naturale. **¶**
 Item q̄ īnest oibus coiter et īsepabilr īnest
 naturalr. sed esse imagines uenit hoī vlt̄ et
 īsepabilr. ergo **¶** Itē q̄ uenit alicui
 f̄m naturales eius p̄prietates uenit natu-
 ralr. sed esse imagines uenit hoī f̄m ītrīse-
 cas potētias et naturales. ergo uenit ei na-
 turalr. **¶** Item esse imaginē dei nō est hoī
 accis s̄ potē subāle. sicut esse uestigiū nulli
 accidit creature. si ergo hō nō est imago dei
 naturalr. ergo nō ē res naturalis s̄ artificia-
 lis. si ergo hoc est plane falsū. s̄ q̄ hō sit ar-
 tificialis. ergo nō est imago artificialis s̄ na-
 turalis. **¶** Item asin⁹ artificialis nō est asin⁹
 uerus. ergo imago artificialis nō est imago
 v̄a. sed homo est imago uera. ergo non est
 imago artificialis. et est artificialis uel natu-
 ralis. ergo **¶** Cōtra. **¶** Hyllan⁹ i li. de sy-
 nodo diffiniens imagines naturales dīc. **¶** Ima-
 go est eius rei ad quam imagiatur spēs idif-
 ferens. sed homo non est idifferens ip̄i dei.
 ergo non est imago naturalis. **¶** Itē **¶** Aug.
 de decem chordis. **¶** Sicut differt imago ipe-
 ratoris i filio et i nūmo. sic differt imago i fi-
 lio dei et i hoīe. si ergo imago i filio ip̄atoris
 ē naturalis. i nūmo artificialis uidetur q̄ so-
 lus fili⁹ dei sit imago naturalis. homo solū
 artificialis. **¶** Itē hoc ip̄z uidet̄ rōe. **¶** Sicut p̄
 priū est p̄sone filij esse filiū. ita p̄priū est esse
 imaginē. sed sola p̄sone filij est filiū natura-
 lis et non homo. ergo pari rōe sola persona
 filij est imago naturalis et nō homo. **¶** Itē
 quod est a uolūtate nō est a natura. sed p̄du-
 ctio hoīs est a uolūtate dei. ergo nō est a na-
 tura. s̄ ab eo h̄z esse imagines a quo habet
 et p̄ducit. si ergo aīa hoīs nō p̄ducitur a deo s̄
 naturāz s̄ f̄m uolūtate. non erit imago dei

8
naturalis s; uoluntaria. **I**tem imago dicit
imitatōes ⁊ similitudinē. si aliquid ē imago
alicuius naturalis assimilatur cū eo i natura.
sed homo cū deo i natura assimilari nō pōt
Ergo nō pōt esse eius imago naturalis. **A**
R. dō q; cū imago dicatur ab actu repñtādi
nā imago refertur ad pñtū ut dīc **D**am.
⁊ repñtatio duplī possit uenire alicui. uel p
formā naturālē uel per formā artificialem q;
duplex est imago. naturalis. s; ⁊ artificialis.
⁊ cum homo non repñtet per formā artifici
alē sed per suā formā naturālē ⁊ potentias
ei naturālī inditas. homo non est imago ar
tificialis sed naturalis. **D**iffert autem dicere
imagine naturālē ⁊ naturales. nam imago
naturalis est que repñtat. per illud quod h; a
natura. siue cū illo quod repñtat ueniat
i natura siue non. **I**mago uero onaturalis
dicitur que imitatur ⁊ refertur non solū per
illud quod habet a natura sed per uenientīā
i eadez natura. ideo etsi esse imaginē uen
iat homini. esse tñ imaginē onaturalē non
uenit homini sed soli filio dei. **A**ccēde sūt
ergo rōnes oñdentes q; homo nō ē imago
artificialis sed naturalis. **A**d illud vō qd
obī i otrariū dō q; **H**yllari⁹ diffinit onatu
ralem nō naturālē. **A**d illud quod obī de
Aug. dō q; non intēdit ponere. similitudinē
quantū ad naturālē ⁊ artificialem. sed quātuz
ad uenientīā ⁊ discrepantiā i natura. sicut
enim nūmus cū imperatore i natura nō cō
uenit sed filius eius uenit. sic intelligendū
est i pposito. **A**d illud quod obī q; so
la persona est filius naturalis. dō q; non est
simile. aliter enim accipitur naturālē put ad
iacet filio. aliter prout adiacet imaginī. **N**ō
enim differt dicere filiū naturālē ⁊ onatura
lem sicut differt i imagine. et ratio huius
est ista. quia filius dicitur ut a quo quantū ē de
suo principali intellectu. imago dicitur ut ad quē
Tō naturālē dictū de filio significat q; egres
sus filij sit per modū nature. ⁊ ita q; cū pñe
ueniat i natura. sed cū dī imago naturalis
significatur q; illa repñtatio est a naturali
principio siue pñtate. et ppter hoc nō da
tur intelligi q; sit inter imaginē ⁊ eius cuius
est imago uenientia nature. **A**d illud qd
obī. qd est a uolūtate nō est a natura. dō q;
uex ē ex ea parte ex qua est a uolūtate. vñ

cum creatura a deo pducitur uolūtarie non
dicitur ab eo exire naturalī s; uolūtarie. ex
hoc tñ nō seqtur q; uolūtarie repñtet. imo
est ibi accōis. q; uolūtarie pduxerit
hominē. homo tñ h; opatōes naturales. q;
diuina uolūtas fabricauit ⁊ fecit ipaz naturā
Nō sic autē est de uolūtate artificis creati q;
naturālē formā non pōt pducere. **A**d il
lud q; imago dicit similitudinē i natura. vñ
cēdi q; hec determinatio naturalī addita ali
cui termino qui quidē nec dicitur habitudine;
ut a quo nec ut ad quē. ambigua reddit locu
tōes. q; pōt dicere habitudinē uel i rōe cau
se. uel i rōe finis. vñ hec est duplex. ille
naturalī assimilatur illi uel ut intelligatur q;
assimilatur i eo qd h; a natura. uel ut intel
ligatur formalī. q; assimilatur i ipa natura
Primo mō accipiēdo hec ē vā. hō naturalī
assimilatur dō. **S**cōdo mō falsa. et pmo mō seqt
ad hāc. hō naturalī est imago dei. alio uero
modo non.

Tertio qritur utrū ē imaginē uen
iat hōi pñe ita q; nulli ali; ⁊ q;
sic uidetur. **I**n soli hōis dñtōe ai
ctū est. faciamus hōiem ad imaginē. sed
hec ē nobilissima dñtio que si daretur alijs
nullo mō deberet pretermitti. ergo uidetur
q; nulli ali; q; hōi esse ad imaginē suā deus
dederit. qd si pretermisit de alijs ⁊ non de
hōie tunc est qstio quare scriptura fecit.
Item **A**ug. i sermone de imagine. **A**d ima
ginē ⁊ similitudinē suā deus illi creauit loq
tur de hōie. qd nulli ali; creature dedit.
Itē hoc uidetur per rōem. q; quod dī p sup
abūdantiā uni soli uenit. sed imago dicit si
militudinē expñssimā i genere creature.
ergo oportet q; ueniat uel uni soli speciei.
uel uni soli indiuiduo. **I**tē eo ipso homo
est imago dei q; i mediate tendit i deū. **S**i
ergo uniuersū ē ordinatū fm oēm sui partē
impossibile est q; alię creature diuersaruz
spēz ordinentur i deū ex equo ⁊ i mediate.
ergo uel hō ⁊ angelus erunt eiusdē spēi. uel
ē imaginē uenit soli hōi. **I**tē hō eo ipso
q; ē imago dei. est finis oīum alioz. sed hoc
non pōt plurib; diuersis spē uenire. ⁊ pla
nū est q; angelis nō uenit. ergo uidetur q;
esse imaginē ueniat soli hōi. **I**tes q; hō
ē imago dei fuit unibilis diuine nature. hoc

antes ē ppiū eius. ergo propriū est homini
esse dei imaginē. **Contra.** **Dio.** de di.
no. dicit. q. angelus dei imago ē. manifesta
tio occulti luminis rē. **Item** anima eo est
imago dei quo capax dei et particeps eē pōt
Sed hoc ppetit angelo sicut anime. ergo nō
solū homini uenit esse imaginē. **Itē** ista
est nobilissima omniū additionū naturalium
videlz esse imaginē. ergo nobilissima omniū
creaturarū huiusmodi pproprietatis non debuit
esse expers. si ergo creatura angelica ē hu
iusmodi p. **Itē** imago inest anime fm
superiore parte sicut in primo libro ostēsus
est. **Sed** in illa parte homo et angelus habent
uenientia. ergo uidetur similiter q. i digni
tate imagis ueniūt. ergo esse imaginē non
est propriū solius hominis. **R.** dō q. p
priū dī duplī. Est enī ppiū simplī. et ppiū
alicui. propriū simplī est qd uenit omni et
solū. ppiū alicui est qd uenit omni et tēto
sub illa specie. ita q. quibusdā alijs uenit.
quibusdā uero minime. sicut esse bipedē p
prie uenit homini respectu quadrupedū. nō
respectu uolatiliū. **Dicēdū** est ergo q. sicut
esse rōnale uel intellectuale nō est ppiū hōi
simplī. q. uenit in hoc cum angelo. s. etiā
ppriū respectu rex corporalū. sic esse imagi
nem pprie uenit homini respectu brutorū.
nō tñ respectu angelorū. imo cōmuniter uē
nit hominib⁹ et angelis sicut oñdunt rōes ad
hoc inducte. **Ad illud** ergo quod primo
obiicit in dñi q. scriptura nō exprimit. dō
q. scriptura nō determinat additionē angeli
expresse. **Id** nō est mix si nō determinat ei⁹
modū. nec dicit eā ad imaginē esse factam.
Si autem queras quare nō determinat. hoc
determinatū est s. vi. xij. **Ad illud** Aug.
dō q. **Aug.** nō excludit creaturas spūales
s. creaturas corpales et materiales qñ dīc q.
nulli alijs creature dedit. **Itē** hoc dicit ppter
nō ppietate repñtatis quā de⁹ dedit hōi.
nō alijs creature spūali uel corporali. nō ppi
rōem imagis principalē q. sequitur omnez
naturā rōale. **Ad illud** qd obī q. ē silitu
do expressissima. dō q. suplatiū duplī pōt
exponi. vno mō p. suppositiū cū ualde ad
uerbio. ut albiissimū. i. ualde albū. et sic intel
ligitur cū dī ad imaginē. et nō opz ipm an
gelū supponi. Aliqñ suplatiū intellī respe

ctiue. et tūc dicit excessus respectu omniū ad
q. paratur. et hoc mō nō pōt uenire plib⁹.
et sic non accipitur in pposito. **Ad illud**
qd obī q. eo ipo q. est imago est finis. vñm
q. ista nō est tota rō. imo q. cū sit et imago
in anima ex parte corporis cū oib⁹ corpo
ralibus hz quandā uenientia. et iō solus hō
dī omnis creatura. et oia ppter ipm quodā
mō fieri et ad ipm etiā referri. **Ad illud**
qd obī de unione dō q. et si rō imaginis sit
dispositio ad unionē. nō tñ est dispositio suf
ficiens de se nisi ppetat hoc psonali ppropria
ti et culpabili infirmitati. et hoc est repire in
hoie et nō in angelo. sicut infra meli⁹ patebit
i. tertio. **Ad pñs** aut sufficiat q. quicquid sit
de unibilitate imago tñ vñ sequitur crea
turā rōale. ita q. omnis creatura rōnalis est
imago dei ueracter et naturalī. et rō huius
ē expñsio silitudinis quātū ad uenientia oz
diuina q. s. in principio qōnis explanata fuit.

Quonsequenter qritur de imagine
fm cōsideratōez relata. Et circa
hoc qruntur tria. **Primo** qrit
utrū rō imaginis principalī inueniatur i an
gelo qz i aia. **Secundo** queritur utrū pri
cipalī in uiro qz in femina. **Tertio** utrū
principalī repiatur in cognitiua qz i afficiua.

Quia primū sic pceditur et qrit utz
rō imagis principalī repiatur in
angelo qz i aia. Et q. sic uidetur.
super illud **Eze. xxvij.** Tu signaculū simili
tudis. **Greg.** Quanto subtilior est natura
tanto i ea imago diuinitatis silius insinuat
ipressa. **Item** artifex sapiens i nobiliori
tabula nobiliorē describit picturam. si ergo
imago i creatura est quedā pictura quasi ta
bule ipressa sicut dīc magr i lra. ergo perfe
ctioni et nobiliori mō imago diuinitatis iscribi
debet i angelo qz i aia. **Item** ex eo dī cre
atura rōnalis imago dei quo capax dei ē. s.
angelicus spūs capaxior est qz humanus cū
sit vtuosior et expeditior. ergo imago diui
tatis est i eo eminenti⁹ ipressa. **Item** ima
go cōsistit i memoria. intelligentia et uolūtate.
Sed memoria pscōri modo habet actum
suū i angelo qz i hoie. s. it intelligentia et uo
lūtas. Memoria enī eius tenz sine obliuōe
et intelligentia itelligit sine iqsitōe. et uolūtas
diliget sine retardatōe. quoz opposita sunt

iaia. ergo **re.** **C**ontra. **E**xpressius representat
summa trinitate quod representat non solum quantum ad
unitatem substantie sed etiam quantum ad distinctio-
nes personarum. sed homo expressius representat distincti-
onem personarum. quia in homine est personalis discre-
tio per originem. in angelis autem non. ergo ex-
pressius representat trinitatem homo quam angelus
Si quod est expressior representatio. est expressius
et imago. ergo **re.** **I**tem evidenter imitatur
alterum quod imitatur quantum ad substantiam et
modum existendi quod quod imitatur solum quantum ad al-
terum. sed anima representat trinitatem summam et putat est in
se ipsa. et putat est in rebus. ut sit in qualis parte
corporis sic tota sicut summa essentia est in crea-
tura. ergo expressius imitatur deum quam ange-
lus. sed quod expressius imitatur excellentius
sua imagine insignitur. ergo **re.** **I**tem ex-
pressius representat deum quod representat ipsum non
solum in se sed secundum quod est principium aliorum. quod quod
aliquo modo terminum. sed homo representat deum non
solum ut ens est in se. sed et ut est principium alio-
rum. quia sicut ex uno deo omnia. ita ex uno homine
omnes homines. sicut vult glossa. **2. Cor. xj.** ergo
si quod expressius representat rationem imaginis par-
ticipat eminentius. patet **re.** **I**tem plenius re-
presentat aliquid quod representat ipsum per maiorem
accessum ad suam totalitatem. sed homo representat
deum in quantum est exemplar et spiritualium et corpo-
ralium. angelus autem altero terminum modo. ergo in homine
excellenter modo reperitur imago. **I**tem
quanto exemplum imitatur exemplari. tanto ma-
gis conformatur ei. et quanto magis natum est
uniri tanto magis est natum conformari. sed na-
tura humana unitur divine in unitate persone.
quod quidem non facit angelica. ergo expressior
est in ea imago quam sit in angelo. **I**tem per
considerationem philosophi. Si optimum in uno
genere est melius alio optio. in alio genere
et est simpliciter hoc illo melius. sed christus qui est
optimus inter homines excellentiori modo in-
signitus est imagine dei quam optimus angelus.
ergo imago dei in homine quam in angelo reperitur
excellenter. **R.** **A**d predicandum intelligentiam
est notandum quod quidam dicere voluerunt quod cre-
aturam magis esse ad imaginem dei potest
dici dupliciter. vel extensive. vel intensive. si ex-
tensive sic dixerunt quod homo magis representat
deum quam angelus. quia in pluribus. ratione cor-
poris sibi uniti. utpote in spiritualibus et corpo-

ralibus. et in modo existendi in rebus. et per etiam modum
producedi res. Et sic dicitur procedere rationes ad
primam partem. nam quod obicitur de christo non valet.
illud enim est singulare privilegium. nec est na-
ture sed potius gratie. Si autem dicatur una crea-
tura magis esse ad imaginem quam alia intensive
quia expressius representat. sic dicunt angelum ma-
gis esse ad imaginem dei quam sit homo. sicut omni-
dunt auctoritates et rationes ad oppositum. hoc
insinuat **Greg.** cum dicit. quanto subtilior est
natura tanto in eo imago trinitatis similis
insinuatur impressa. Et rationes etiam consequentes
ostendunt quod sicut excellentior est natura an-
gelica sic excellentiores habet potentias et maio-
re habet capacitatem et digniori modo est imago
dei insignita. Et secundum hanc viam plana est ratio
ad questionem propositam et ad obiecta. Sed ista
modus dicendi probabilis videatur. non modica
tamen habet calumniam ratione utriusque partis distinctio-
nis. quia enim dicatur imago magis esse in homine
extensive quam in angelis. hoc videtur **Aug.** non
consonat qui rationem imaginis dicit esse in anima
precise secundum partem supremam. sicut patet in
xlij. et xv. de tri. Similiter quod dicatur ultra ex-
pressior esse imago dei in angelo quam in anima
propter maiorem dignitatem nature. hoc non
videtur consonare glossa. que dicit super illud
ij. ad He. Et qui modicum minoratus est
ab angelis. ibi dicit glossa. quod natura mentis hu-
mane qualem christus assumpsit solus deus ma-
ior est. Et **Aug.** hoc inquit in pluribus locis.
et pie creditur et communiter sentitur quod virgo
Maria magis inter omnes angelos accedit ad
deum. **P**ropterea est alius modus dicendi. quod
cum expressio imaginis consistit in convenientia
ordinis et proportionis. intensio dignitatis
imaginis consistit secundum intensiorem convenientiam
quantum ad proportionem vel ordinem.
Attendendum autem quod convenientia creature
rationalis ad deum secundum ordinem quedam est
de esse imaginis. et quedam de bene esse.
De esse imaginis est quod creatura immediate
ordinetur ad deum. **D**e bene esse vero est
quod creatura que est imago preponatur alijs
que tenent rationem uestigij. et quod alia ordinen-
tur in ipsam tanquam in finem. et sic triplex est
ordo in creatura rationali secundum quem confor-
matur deo. **P**rimus quod immediate nata est deo
conjugi. et hic est essentialis imaginis. et in

hoc angelus et anima equiparatur. quia utriusque mens immediate ab ipsa prima ueritate formatur. ¶ Secundus est quo preponitur creatura que est imago alius creaturis. et in hoc angeli precellunt. quia non solum bestiis sed etiam hominibus rectores sunt deputati. fm illud *Eccle. xij.* In unaquaque gentem preposuit rectores. *Glo. i.* angelos. Et iste est ordo quo creatura irrationalis regitur a deo mediante rationali. ¶ Tertius est ordo quo creature irrationales ad rationale ordinantur tamquam in fines propter quem sunt facte. et mediante illo in ultimum finem principalem. Et fm hunc ordinem magis conuenit homo cum deo quam angelus. Magis enim facta sunt et corporalia et sensibilia propter homines quam propter angelos. Et sic patet quod ratio imaginis prout attenditur in uenientia ordinis quantum ad id quod est de esse in homine et angelo reperitur equaliter. quia uterque ordinatur in deum mediante. Quantum uero ad illud quod est de bene esse. scilicet quantum ad ordinem respectu creature se habet per modum excedentis et excessi. Angelus enim magis conuenit quantum ad ordinem sub ratione regiminis. homo uero magis quantum ad ordinem qui attenditur in ratione finis. Cōsimili modo reperimus et equalitatem et mutuum excessum in expressione imaginis que attenditur fm uenientiam proportionis. quia quedam est uenientia habitudinis que est de esse imaginis. quedam de bene esse. illa est de esse que consistit in comparatione ad intrinsecam sicut ad potentias. et in hac homo et angelus adequantur. et ita bene est distinctio et origo et equalitas et cōsubstantialitas in potentijs anime in memoria. scilicet intelligentia et uoluntate. sicut in potentijs angeli. Illa uero uenientia habitudinis est de bene esse que attenditur in comparatione creature rationalis ad aliquod extrinsecum. utpote ad corpus quod est ipsa inferius. hoc autem dupliciter potest esse expressior. uel priuatiue. uel positiue. si positiue sic anima est imago expressior que in hoc quod coniungitur corpori ita quod per illud est principium aliorum. et per illud totum inhabitat. magis representat deum qui est principium omnium et qui unus est in omnibus. Si autem priuatiue. sic angelus magis representat deum. quia deus est spiritus purus omnino impermixtus

et independens a creaturis omnibus. et hoc representat angelicus spiritus dum est a corpore fm actum et aptitudinem separatus. et per tanto dicitur esse subtilior. et in eo a Greg. imago diuinitatis esse expressior. Et sic patet quod quantum ad uenientiam proportionis que est de essentia imaginis inter hominem et angelum potest esse equalitas. quantum uero ad illam que est de bene esse se habent sicut excellentia et excessu. ¶ Ex predictis ergo patet responsio ad questionem propositam. cum enim queritur utrum principaliter uel expressius sit imago dei in angelo quam in anima. respondendum est quod quantum ad aliquid est eque principaliter. quantum ad aliquid magis principaliter. quantum ad aliquid minus. sicut explanatum est. Et in hoc patet responsio ad rationes ad utramque partem que procedunt fm diuersas uias fm quas ueritatem possunt concludere. quia non habent oppositionem. ¶ Illud tamen quod obicitur de maiori capacitate dici potest quod non cogit. angelus enim capacitate habet gratie in comparatione ad sursum in qua comparatione non excedit naturam mentis humane. quod autem natura angelica dicatur excedere humanam. hoc est in comparatione ad corpus ad quod non habet inclinationem fm quod anima. et ideo maioritas dignitatis in natura angelica respectu anime non facit ad excellentiam imaginis siue illius capacitatis que est in natura humane mentis fm quod anima est capax dei. ¶ Similiter nec illud quod sequitur cogit. quia maior uiuacitas memorie uel intelligentie potius facit ad intensiorem similitudinem quam ad maiores imaginis expressionem. Similitudo enim consistit in proprietatibus naturalibus. Imago uero in origine et habitudine. et quauis potentie in angelis sint uiuaciores quam in animabus. et ideo similiores deo. eundem tamen habent ordinem et habitudinem sicut ostensum est supra. Unde magis proprie conceditur quod angelus sit deo similior quam homo. quam possit concedi quod angelus sit magis imago. et hoc uult dicere auctoritas Gregorij. ¶ Rationes uero ad oppositum procedunt et concludunt maiorem expressionem quantum ad illud quod est accidentale imagini excepta illa que fundat super unionem ad quam uolunt. quod non cogit per eo quod sub

q̄ minus capax est gr̄e per naturā pōt effici
magis capax per aliquā grām gratis datā
que disponit ⁊ ampliat capacitatem nature
ad susceptionem gratie gratum facientis.

Vnde esto q̄ natura angelica magis eēt ca-
pax gr̄e humana natura s̄m naturalē potē-
tiā sicut uidetur rōabilr eē ponēdū ut natura
angelica sit excellētiōr. ⁊ excellētiōr nature
debeatur excellētiōr potētia ⁊ capacitas. ni-
hilomin⁹ tñ p aliquō donū diuinit⁹ sibi gratis
datū pōt eleuari. capacitas aīe usq̄ ad capaci-
tatē angelī ⁊ quodā mō ampliōrē. nā donū
gr̄e gratis date disponit ad gr̄as gratū faci-
entē. et sic possibile ē fuisse in xp̄o ⁊ beata
uirgine. Et sic patēt obiecta ad utrāq̄ ptē.

Secūdo q̄rit utrū principalr sit ima-
go in masculo q̄ in femina. Et q̄
sic uidetur. i. **Cor. xj.** Uir ē imago
⁊ gl̄ia dei. Hoc aut ut dixit apls sepat uirū
a muliere. ergo aut mulier non ē imago. aut
si est imago nō ē ita exp̄sa sicut uir. **Itē**
glo. ibidē. Ad imaginē dei fact⁹ est uir n̄ mu-
lier. s̄ hoc nō ē dictū q̄ mulier nullo mō sit
ad imaginē sc̄a. ergo dictū ē q̄ min⁹ est ad
imaginē q̄ uir. **Itē** q̄ homo est ad ima-
ginē unibilis est nature diuine. s̄ magis fuit
unibilis i sexu masculino q̄ feminino. ergo
magis est imago uir q̄ mulier. **Itē** q̄ hō
est imago dei oibus est platus siue p̄posit⁹
s̄m q̄ inuitur i textu **Gen. i.** **Faciam⁹** hoiez
ad imaginē ⁊c. et subditur. et p̄sit p̄scib⁹ ⁊c.
ergo si p̄sidere nō uenit hōi in sexu femi-
neo s̄ in masculino uidetur q̄ imago excel-
lentiori mō sit in masculino sexu q̄ in femi-
nino. **Contra. Gen. i.** Creauit de⁹ hoiez
ad ima. ⁊ simili. s. masculū ⁊ feminā creauit
illos. si ergo mulier creata est ad imaginē di
⁊ ad equalitatē uiri sicut inuit formatio eius
de latere. et rō etiā quare formata cū dr̄. fa-
ciam⁹ adiutoriū similit̄ sibi. uidetur ergo q̄ i
uiro ⁊ in muliere equalr repiatur rō imagis.
Itē imago attēditur in hoīe q̄tū ad sup̄
mū aīe. et in sup̄mo aīe nō est distinctio aliq̄
s̄m sexū. ergo siue homo sit mulier siue uir
equalr est imago. **Itē** sex nō uariat sp̄s.
ergo uir ⁊ mulier sunt eiusdē sp̄s. s̄ imago
cōsequitur hoiez quātū ad formā sp̄s. nō q̄tū
ad formā indiuidui. ergo equalr est in uiro
⁊ muliere. **Itē** imago creatōis ordinatur

ad imaginē recreatōis siue gratificatōis. sed
imago recreatōis que cōsistit in gr̄a ⁊ virtū-
bus ita excellēter pōt eē i muliere sicut i uiro.
ergo pari rōe ⁊ imago creatōis in qua cōdit⁹
est homo. **Ad predcōz intelligentiā**
est notandū q̄ sicut ex p̄cedētib⁹ p̄z. imago
quātū ad suū esse principalr cōsistit in aīa ⁊
ei⁹ potētis. ⁊ his potētissime put hnt ad deū
uerti. et quātū ad hoc nō est distinctio mas-
culi ⁊ femine. serui ⁊ liberi. iō imago quātū
ad id quod est de cōplemēto eius ⁊ de ei⁹ esse
nō magis repitur in uiro q̄ in muliere. q̄tū
aut ad bñ esse siue ad clariōrē expressiōez
cōsistit magis in aīa s̄m q̄ ad corpus h̄z ordi-
nē ⁊ habitudinē. Et qm̄ ex parte corporis ē
sexuū distinctio. ⁊ s̄m sexuū distinctiōe ma-
ior est repitatio siue quātū ad rōez p̄sidēdi
siue quātū ad rōez principandi. q̄ uir ē ca-
put mulieris ⁊ uir p̄cipiū mulieris. ⁊ nō uir
propter mulierē s̄ mulier ppter uir. quātū
ad hūc utiq̄ modū excellētiōr mō reperitur
imago in sexu masculino q̄ feminino n̄ rōe
eius q̄ est de esse ip̄i⁹ imaginis. s̄ rōe ip̄i⁹
quod adiacet. Et s̄m hoc satis plane pōt ad
obiecta rīderi. Rōes aut onēdes q̄ nō ma-
gis est imago uir q̄ mulier pcedunt de ima-
gine quātū ad suū primū eē sicut intueti p̄z.
Rōnes vō ad oppositū pcedunt de imagine
quātū ad accēntale p̄prietatem. siue per rela-
tionē ad corpus. **Ad illud autem quod di-
cit apostolus ⁊ glo.** q̄ uir est imago ⁊ gl̄ia
dei. dicendū q̄ uir accipitur methaphorice
pro superiori parte rōis ⁊ mulier pro infe-
iori. sicut exponit **Aug. xij. de tri.** Et
si tu obijcias q̄ apostolus loquitur ibi de ui-
ro ⁊ muliere ad s̄ram. dicēdū q̄ loquitur de
eis nō s̄m se. sed s̄m significatōez. uir enim
quia fortis est. ⁊ p̄sidet mulieri superiores
portionē rōis significat. mulier uero inferio-
rem. vnde etiam est in matrimonio q̄ uir si-
gnificat deū ⁊ mulier significat ecclesiā siue
animā. hoc autem est rōne uirilitatis ex pte
una. ⁊ infirmitatis ⁊ fragilitatis ex altera. q̄
non respiciunt imaginem s̄m se. sed rōne
corporis anēxi. et ita non essentialiter sed
accidentaliter.

Tertio queritur utrum imago
principalis sit in cognitiua q̄
in motiua siue affectiua. et q̄

principalis sit in cognitiua uidetur p illud
qđ dicit **Aug.** imago est in potētia cogitādi
et similitudo in potētia diligēdi. s. hoc nō ē
dēi qđ oīo sit i potētia cogitādi. ergo di-
ctū ē qđ pīcipālī ē ibi. ¶ Itē imago primo
i pīcipālī uenit ipō vbo etīno. ergo ei pī-
cipālī magis uenit qđ illi uerbo etīno rīdz
hoc aut ē ipa itelligētia qđ est i ipa potētia
cognitiua. ergo rē. ¶ Itē imago cōsistit in
memoria itelligētia i uolūtate. s. due sūt
potētiāz. s. memoria i itelligētia tenent se
ex pte cognitiue. ergo i imago plus se te-
net ex pte cognitiue qđ affēctiue. s. affēctiue est
unīre. i cognitiue dītinguere. ergo imago pī-
cipālī rēsidet penes cognitiuā qđ penes affe-
ctiuā. ¶ Contra. Imago reformatōis rīdz
imagī creatōis. s. imago reformatōis que
qđ ē grā pīcipālī ē i affēctiua qđ i cogniti-
ua. ergo i imago creatōis. ¶ Itē i eo pīci-
pālī cōsistit res i quo cōsistit eius cōplectus.
s. imago cōpletur i uolūtate. i uolūtas se te-
net ex pte affēctiue. ergo rē. ¶ Itē imago est
nobilissimū i aīa. ergo cōsistit penes id qđ ē
i aīa nobilissimū. s. libez arbitriū siue uolun-
tas ē nobilissimū. qđ sit i aīa. ergo pīcipālī
cōsistit imago penes ar. libertatē siue uolun-
tatē. hoc aut pīcipālī respicit affēctiuā. ergo
rē. ¶ Itē similitudo i plus est qđ sit imago.
nō. n. quēz similitudo est imago sed similitudo
expīta i quadā cōfigurātōe i imitātōe. ergo
ubi cūqđ est imago est i similitudo. ergo ubi
pīcipālī est imago pīcipālī est i similitudo
Sed similitudo nō ē pīcipālī penes cogniti-
onē s. penes affēctōē cū similitudo sit in gra-
tuitis que maxime respiciūt potētiā affēcti-
uā. ergo parī rōe imago. ¶ Iux̄ hoc q̄ritur
que sit dīa inter imaginē i similitudinē. cū
n. in plus sit similitudo qđ imago sicut ostē-
dit **Aug.** in li. lxxxiij. q. et supius nō debeat
cōnumerari suo inferiori. vñ qđ male dīr homo
scīs ad ima. i simili. ¶ Itē cū due sūt potē-
tie ex parte affēctōis. s. irascibilis i cōcupiscibi-
lis. sicut due ex parte cognitiōis. s. memo-
ria i itelligētia qđ est quare in rōne ima-
ginis potius accipiuntur due potētie ex pte
cognitiue i una ex parte affēctiue. uidetur
enim qđ potius deberet esse econuerso cum
tres vīrutes theologicē que reformat imagi-
nem anime sic in ea ponantur ut due sint

ex parte affēctiue. s. spes i caritas quarū una
est in irascibili i altera in cōcupiscibili. i una
ex parte cognitiue. s. fides que cōmuniter po-
nitur in rōnali. ¶ R. vñ qđ de pīma nomis
impositōe differt imago i similitudo. ima-
go enim nominat cōformitatē i q̄stitate. simi-
litudō uero cōueniētiā in qualitate. Imago
enim nominat quadā cōfigurātōē. i ita im-
portat figurā que est quantitas in qualitate
uel qualitas in quantitate. Similitudo enim
dicitur rerum differentīū eadē qualitas. Ex
hac autem primaria differentīa triplex cōsue-
uit assignari modus dītinguēdi inter imagi-
nem i similitudinē. cum dicitur. faciam⁹ ho-
minē ad imaginē i similitudinē. ¶ Primus
est quem dicit **Hugo.** qđ similitudo respicit
naturā. i imago respicit figurā. qđ similitu-
do dicit cōueniētiā i qualitate naturali. ima-
go uero cōueniētiā in dīstīctōe figurali ad
modū cuiusdā trianguli in quo sunt tres ter-
mini i tres līnē. quia tres sunt potētie q̄rū
quēlibet habitudinē habet ad quālibet. et si-
militer tres persone. et potētia uel psona
tenet rōnēz termini. habitudo uero uel ema-
natio tenet rōnem līnē. ¶ Secundus mod⁹
dītinguēdi est qđ imago est in naturalibus
et similitudo in gratuitis. qui similiter habz
ortū ex illa pīma differentīa. Quia enī ima-
go dicit cōfigurātōē et illa attenditur ex pte
naturalīū potētiāz anime. s. memorie intelli-
gentie i uolūtatis. hinc est qđ imago est i na-
turalibus. Quia uero similitudo dicit cōueni-
entiā que ortū hz a qualitate i qualitas in q̄
aīa sūtatur deo hec ē grā. iō similitudo dīr in
gratuitis eē. ¶ Tertius modus dītinguēdi
ē qđ imago est in pōtētia cognoscēdi. i si-
militudo i potētia diligēdi. et iste modus
hz similī ortū ex dīa pīma. quia enīz ima-
go cōsistit in cōueniētia fm cōfigurātōē. et
cōfiguratio attenditur in origine. habitudine.
i potētiāz dīstīctōe. et hec origo i habi-
tudo pīcipālī rēsidet ex parte cognitiue.
ideo imago pīcipālī pōnitur in cognitiua
Similitudo vñ dīc cōueniētiā in qualitate. et
quia qualitas in qua pīcipālī assimilatur
anima deo ē i uolūtate siue in affēctōe. hinc ē
qđ similitudo pōnit pīcipālī i potētia affēctiua.
et inde est qđ in imagine creationis due sunt
potētie ex parte cognitiue. s. memoria et

intelligentia. et una ex pte affectiue. s. uoluntas
Ecōtra vō in imagine recreatiōis q̄ quidez
ōsistit in grā due uirtutes sunt ex pte affe-
ctiue. s. spes et caritas. et una ex pte cogniti-
ue. s. fides. Imago. n. principalr respicit ori-
ginē et habitudinē. habitudo autē et origo at-
tenditur int̄ memoriā et intelligētiā p modū
parētis et plis. et inter hec duo et uolūtate s̄
modū deriuatiōis siue p̄cessionis. inter irasci-
bile vō et cupiscibile nec est talis ordo nec
origo. cū motus irascibilis possit eē sine cō-
cupiscibili et eōuerso. mot⁹ autē uolūtatis nō
pōt esse sine motu intelligētiē p̄uio. nec act⁹
s̄itr intelligētiē sine actu memorie. in his dī
cō q̄ sunt de rōe imaginis. iō in assignatiōe
imaginis duo sumūt mēbra ex pte cogni-
tiue. et unū ex parte affectiue. hoc. n. exigit
ordo et origo et distinctio. Et p̄pterea imago
principalis est in cognitiua q̄s in affectiua.
Similitudo uero principalr ōsistit in unōe
aīe ad deū que quidē est p grā. et qm̄ unio
et grā pri icipāl respiciūt affectiua. hinc ē q̄
in imagine recreatiōis q̄ quidē ē i gratuitis
due sunt v̄tutes q̄ respiciūt affectiua. s. spes
et caritas penes suas uires. s. irascibile et cō-
cupiscibile. una uero q̄ respicit cognitiua. s.
fides q̄ respicit rōalē. q̄uis et spes reformās
irascibile p̄ ōis reformet memoriā cū uē-
niāt in actu qui est tenere. **I**n hoc ergo pla-
nū est r̄ndere ad q̄stionē et ad obiecta. cēdē
dū. n. ē de plano q̄ imago principalr respicē
cognitiua. cēdēde sunt etiā rōes q̄ hoc p-
bant. **A**d illud vō qd̄ ob̄r de imagine re-
formatiōis vō q̄ nō ualz. q̄ imago reforma-
tiōis poti⁹ ē similitudo qd̄a q̄s sit imago. **S**i
.n. p̄prie eēt imago capax dei et eēt imorta-
lis. nūc autē nō ē sic. et iō q̄ imago recreatiōis
poti⁹ ē similitudo q̄s imago. magis principalr
respicit potētā affectiua q̄s cognitiua. q̄uis
informet tā cognitiua q̄s affectiua. **A**d il-
lud qd̄ ob̄r q̄ p̄plemētū imaginis ē in uolū-
tate. vō q̄ et si uolūtas ultima sit in imagine
nō tū se h̄z p modū p̄plemētū in rōe imaginis
Imago. n. dicit ordinē et originē in potētis.
sicut ē i psonis. et quēadmodū tertia psona n̄
ponitur aliāz p̄pletiua nec aliāz p̄plere. sed
poti⁹ ab eis recipe. sic uolūtas put ē ps ori-
ginis poti⁹ ōsideratur in rōe egrediētis q̄s in
rōe p̄pletiōis. et q̄ prima rō originis ē p modū

nature q̄ qd̄ ōsistit in ortu intelligētiē ex me-
moria. hic ē q̄ imago principalr respicē cogni-
tiua q̄s affectiua. **A**d illud qd̄ ob̄r q̄ imago
ōsistit penes nobilissimū i aīa. vō q̄ nobilis-
simū i aīa dupl̄r pōt accipi. uel s̄ distinctōz po-
tētiāz. s. affectiue et cognitiue. uel s̄ dīctōez sta-
tū. s. supioris portōis et inferioris. **E**rgo
d̄r q̄ imago ōsistit penes nobilissimū. hoc
intelligit q̄stū ad statū i supiori pte. nō q̄stū
ad potētias. q̄ imago p̄plectit tā affectiua q̄s
cognitiua. cū utrāq̄ nate sint i mediate ferri
i deū. **A**d illud qd̄ ob̄r q̄ similitudo ē i plus
q̄s imago. vō q̄ similitudo si accipiat i sua ge-
neralitate i plus ē. si vō accipiat p̄prie sicut
accipitur i p̄posito. n̄ ē i plus. imo distinguit
ab imagine. ita q̄. si utrāq̄ tā affectiua q̄s
cognitiua respiciat imago. tū principalr re-
spicit cognitiua. et similitudo affectiua. et iō iam
dīcā ē. et p hoc p̄z r̄sio ad illa duo q̄ q̄rebāt
In pte ista s̄ dubitatiōes circa l̄raz
et primo q̄rit de rōe quā reddit ma-
gister cū ait. In eo q̄ dīc faciam⁹
una opatio triū psonaz. ōndit. Cū. n. diuisa
sint opa trinitatis. et tres p̄sone ita opate sit
sūt oīa alia. sic fecerūt hoīez quēadmodū i p-
ductōe hoīs d̄r faciam⁹. ita deberet dici i p-
ductōe alioz. **I**te q̄re i p̄ductōe hoīs utit
legislator v̄bo prime p̄sone. s. faciam⁹. in p-
ductōe alioz v̄bo tertiē p̄sone. s. dixit et fecit.
Iux hoc ē qd̄ q̄re distinguit int̄ p̄ductōz
hoīs et bestiaz. cū in eodē dīe p̄ducta sint ad
ornatū eiusdē elemētū. **R**z. vō q̄ i p̄ducti-
one hoīs nō tū erat manifestatio trinitatis
i uestigio s̄ ē i imaginē. iō trib⁹ p̄sonis p̄r
attribuit p̄ductio hominis. ut ōndat q̄ i hoīe
trinitas rep̄ntat exp̄sse. i alijs vō in sinuat
trinitas quoquo mō. s̄ nō ita explicite. et q̄
rō imaginis nō uenit nisi p̄sone q̄ pōt loqui
p se. iō i p̄ductōe ei⁹ utitur v̄bo prime p̄sone
Et itez q̄ hec creatura p̄cellit alias i gradu
et dignitate. iō p̄ductōez hoīs distinguit a p-
ductōe bestiaz. l̄z p̄pter ueniētā in ornādo
terrā in op⁹ un⁹ dīcī ueniat. **E**t sic p̄z r̄sio
ad q̄sita. **I**te q̄rit de hoc qd̄ dicit. Dei et
angeloz nō ē una et eadem imago. **C**ōtra
hoc est. q̄ cū angelus sit imago dei. qd̄ ōfor-
matur angelo p̄ ōis ōformatur dō. ergo qd̄
ē imago angeli ē dei. **I**te unū op⁹ pōt esse
dei et angeli. ergo pari rōe v̄z q̄ ead imago

